

**MASS PROPER: SUNDAY AFTER PENTECOST  
(resumed from Epiphany 6<sup>th</sup> Sunday)**

MASS *Dicit Dóminus* (green)

**INTROIT Jer. 29: 11, 12, 14**

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. Ps. 84. 2. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis.

**COLLECT**

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut semper rationabilia meditántes, quæ tibi sunt plácita, et dictis exsequámur, et factis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE I Thess. 1: 2-10**

Fratres: Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis, memóriam vestri faciéntes in oratióibus nostris sine intermissióne, mémoires óperis fidei vestræ, et labóris, et caritátis, et sustinéntiæ spei Dómini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum: sciéntes, fratres, dilécti a Deo, electiónem vestram: quia Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantum, sed et in virtúte, et in Spíritu Sancto, et in plenitúdine multa, sicut scitis quales fuérimus in vobis propter vos. Et vos imitatóres nostri facti estis, et Dómini, excipiéntes verbum in

The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places. Ps. 84. 2. Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that ever fixing our thoughts on reasonable things, we may, both in words and works, do what is pleasing to Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: We give thanks to God always for you all, making a remembrance of you in our prayers without ceasing, being mindful of the work of your faith and labor and charity, and of the enduring of the hope of our Lord Jesus Christ before God and our Father: knowing, brethren beloved of God, your election: for our Gospel hath not been unto you in word only, but in power also, and in the Holy Spirit, and in much fullness, as you know what manner of men we have been among you for your sakes. And you became

tribulatióne multa, cum gáudio Spíritus Sancti: ita ut facti sitis forma ómnibus credéntibus in Macedónia et in Achája. A vobis enim diffamátus est sermo Dómini, non solum in Macedónia et in Achája, sed et in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profécta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annúntiant qualem intróitum habuérimus ad vos: et quómodo convérsi estis ad Deum a simulácris, servíre Deo vivo, et vero, et exspectáre Fílium ejus de cælis (quem suscitávit ex mórtuis) Jesum, qui erípuit nos ab ira ventúra.

**GRADUAL Psalm 43: 8-9**

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti. V In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in sæcula. (Ps. 129.1-2) Allelúja, allelúja. V. De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióne meam. Allelúja.

**GOSPEL Matthew 13: 31-35**

In illo témpore: Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Símile est regnum cælórum grano sinápis, quod accípiens homo seminávit in agro suo: quod mínimum quidem est ómnibus semínibus: cum autem créverit, majus est ómnibus oléribus, et fit arbor, ita ut vólucres cæli véniant, et hábitent in ramis ejus. Aliam parábolam locútus est eis: Símile est regnum cælórum ferménto, quod accéptum múlier abscondit in farínæ satis tribus, donec fermentátum est totum. Hæc ómnia locútus est Jesus in parábolis ad turbas: et sine parábolis non loquebátur eis: ut implerétur quod dictum erat per

followers of us and of the Lord, receiving the word in much tribulation, with joy of the Holy Spirit: so that you were made a pattern to all that believe in Macedonia and in Achaia. For from you was spread abroad the word of the Lord, not only in Macedonia and in Achaia, but also in every place your faith, which is towards God, is gone forth, so that we need not to speak any thing. For they themselves relate of us what manner of entering in we had unto you; and how you turned to God from idols to serve the living and true God, and to wait for His Son from heaven (whom He raised up from the dead), Jesus, who hath delivered us from the wrath to come.

Thou hast delivered us, O Lord, from them that afflict us: and hast put them to shame that hate us. V. In God we will glory all the day: and in Thy name we will give praise forever. (Ps. 129.1-2) Alleluia, alleluia. V. Out of the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer. Alleluia.

At that time Jesus spoke to the multitudes this parable: The kingdom of heaven is like to a grain of mustard seed, which a man took and sowed in his field: which is the least indeed of all seeds: but when it is grown up, it is greater than all herbs and becomes a tree, so that the birds of the air come and dwell in the branches thereof. Another parable He spoke to them: The kingdom of heaven is like to leaven, which a woman took and hid in three measures of meal, until the whole was leavened. All these things Jesus spoke in parables to the multitudes: and without parables He did not speak to them: that it might be

Prophétam dicentem: Apérim in parábolis os meum, eructábo abscondita a constitutióne mundi.

**OFFERTORY Ps 129: 1-2**

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióne meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

**SECRET**

Hæc nos oblátio, Deus, mundet, quæsumus, et rénovet, gubérnet, et próteget. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Mark 11: 24**

Amen dico vobis, quidquid orántes pétitis, crédite quia accipiétis, et fiet vobis.

**POSTCOMMUNION**

Cæléstibus, Dómine, pasti delíciis: quæsumus: ut semper éadem, per quæ veráciter vívimus, appetámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

fulfilled which was spoken by the Prophet, saying: I will open my mouth in parables, I will utter things hidden from the foundation of the world.

Out of the depths I have cried out to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer: out of the depths I have cried out to Thee, O Lord.

May this offering, O God, we beseech Thee, cleanse and renew us, guide and protect us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Amen I say to you, whatsoever you ask when you pray, believe that you shall receive, and it shall be done to you.

We have been fed, O Lord, with heavenly delights, and beseech Thee, that we may ever hunger after those things by which we truly live. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.